Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Senex. Anno domini 1428 tota
almannia fuit repleta no-
vitatibus. quia in francia sur-
rexit quedam puella filia cuius-
dam pastoris. que dixit se missam
a deo ad restituendum re-
gnum francie ad pristinas
possessiones. hec in propria per-
sona intravit bellum contra
anglicos. et multas victo-
rias obtinuit. Que tandem
fuit capta et anglicis tra-
dita et ab eis combusta. Iam
ulterius non procedam sed revertar
ad proprias narrativas experien-
cias in vili statu explora-
tas speciali capitulo amplectens.
Non tamen omittam quod quedam rara
in austria factum accidit quia qui-
dam cribrator volens ire
de wildan oppido ad leib-
nitz et timore inimicorum suorum
reclinavit se sub patibulo.
Supervenit postea quidam sutor
pergens eadem via qui sci-
vit infra paucos dies quen-
dam ibi suspensum. Ad quem
clamavit. Socie veni me-
cum ad forum in leibnitz. Hoc
audiens cribrator respondit
Ecce venio cito. et cum cri-
brator curreret post eum. Sutor
hanc vocem audiens puta-
bat quod ille qui fuit suspensus
venderet plus et curreret post eum
Et ultra vires suas currens
defecit in via. et dispersis hic
calceis in via, mortuus est.
Cribrator festinans etiam
destruxit cribra sua. atta-
men mortuus non fuit. Capi-
tulum de hiis que percepit in vili
etate

Nuper per tempus in
Bavaria ante concilium
constanciense. et nul-
lam memoriam feci illius temporis.
quia illud quod iam narrabo
post concilium predictum contigit
Ceperunt duces bavarie hen-
ricus et ludwicus terras suas
mutuo crudeliter destruere incen-
diis et rapinis. Steti tunc
in bursa wyenne. in qua
fuerunt studentes de bavaria
de ambobus dictis dominiis.
qui tota die verbis bellabant.
quilibet volens defendere do-
minum suum. et satis tediosum
fuit aliis audire. qui postquam
se exercitassent in studio propter
quod venerat. Iuvenis. Mirum
fuit quomodo eo tempore bavaria sic
fuit desolata. quod tamen ab aliis
terris fuit parata. Forte de-
mon cum domino requirenti unde
veniret. respondit. circuivi terram
et perambulavi eam. ut habetur
Job primo capitulo. talia procurat. nunc
hoc anno in illa terra. alio in
alia terra. Senior. Ita et ego
puto. quod demones discordias